17 עָרַךְ diſpoſuit. *it.* comparavit, æquiparatus fuit. 3.*f.f.k.* W.r.30.m.II.2.p.104.&r.4.p.9. זְכוּכִית gemma nitidiſſima,cryſtallum. *r.* זָכַךְ purus fuit. תְּמוּרָה commutatio, permutatio. *r.* מור *H.* mutavit. כְּלִי vas. פַּז aurum ſolidum, obryzum. *r.* פָּזַז roboratus eſt.

18 רָאמוֹת corallia. *r.* רום. גָּבִישׁ unio. זָכַר meminit. מֶשֶׁךְ tractus. *r.* מָשַׁךְ traxit. פְּנִינִים margaritæ.

19 פִּטְדָה topaſius. *al.* ſmaragdus. *r.* פטד. טָהוֹר mundus, purus. (21) עלם *N.* abſcondit. עוֹף avis. סָתַר clauſit.

22 אֲבַדּוֹן perditio. *r.* אָבַד periit. מָוֶת *m.* mors. אֹזֶן auris. *r.* אזן *P.* & *H.* attendit.

23 בִּין intelligere. 3.*ſing.præt.H.* W.r.36.m.III.p.148.& annot.I.p.151. (24) קָצֶה finis. *r.* קָצָה. נבט *H.* הִבִּיט intuitus eſt. (25) עָשָׂה *inf.k.* מִשְׁקָל pon-

dus. תָּכַן expendit, perpendit. מִדָּה menſura. r. מָדַד menſus eſt. (26) מָטָר pluvia. חֹק ſtatutum. חֲזִיז fulgetrum, coruſcatio. r. חזז. קוֹל vox, tonitru. (27) סִפֵּר narravit. 3.f. P. כּוּן 3. præt. H. חָקַר inveſtigavit.

28 יִרְאָה timor. r. יָרֵא timuit. סוּר recedere. רַע malus.

CAP. XXIX.

1 Vid. cap. XXVII, 1. (2) יָרֵחַ luna. יֶרַח menſis. r. ירח. קֶדֶם antiquitas. (3) הָלַל inſanivit. it. gloriatus eſt. P. laudavit. H. ſplenduit, claruit. inf. H. הֵל pro הָהֵל cum aff. W. r. 41. m. II. a. pag. 179. נֵר m. lucerna. יָלַךְ ivit. 1. f. k.

4 חֹרֶף hiems. it. juventus. r. חָרַף exprobravit, probris affecit. al. inf. k. W. r. 48. m. IV. p. 227. סוֹד arcanum. אֹהֶל tentorium. (5) סָבִיב circuitus. נַעַר puer. (6) רָחַץ lavit. הָלִיךְ ambulatio, inceſſus. r. הָלַךְ ambulavit. חֵמָה contracte pro חֶמְאָה butyrum. יָצוּק fuſum, firmum. r. יָצַק fudit. part. Pah. פֶּלֶג rivus. שֶׁמֶן oleum. (7) יָצָא inf. k. שַׁעַר porta. קֶרֶת civitas. r. קָרָה evenit. רְחוֹב platea. כּוּן parare. 1 f. H. מוֹשָׁב ſeſſio, cathedra. r. יָשַׁב ſedit. (8) רָאָה vidit. נַעַר puer. חבא N. abſcondit. יָשֵׁשׁ & יָשִׁישׁ decrepitus. r. ישש. קוּם ſurgere. עָמַד ſtetit. (9) שַׂר princeps. עָצַר clauſit. מִלָּה ſermo. r. מָלַל. שׂוּם ponere. פֶּה os. (10) נָגִיד princeps. לָשׁוֹן lingua. חֵךְ palatum, guttur. r. inuſ. חכך. דָּבַק adhæſit.

11 אָשַׁר inceſſit. P. beavit, beatum prædicavit. עַיִן oculus. רָאָה vidit. 3. f. præt. k. עוּר H. הֵעִיד teſtatus, teſtificatus eſt. 3. f. f. H. (12) מָלַט evaſit. 1. f. P. עָנִי pauper. שׁוַע vociferari. part. P. יָתוֹם pupillus. עָזַר adjuvit. (13) בְּרָכָה benedictio. אָבַד periit. רָנַן cecinit. it. vociferatus eſt. 3. f. f. H.

14 לָבַשׁ induit. מְעִיל pallium. צָנִיף cidaris. r. צָנַף circumdedit. (15) עִוֵּר cœcus. r. עור evigilare. פִּסֵּחַ claudus. (16) אֶבְיוֹן egenus. רִיב lis. r. רוב.

חקר

חָקַר perveſtigavit. (17) שָׁבַר fregit. 1. *f. P.* מַלְתְּעוֹת
& מְתַלְּעוֹת *f. pl.* molares, dentes majores. *r.* לתע.
עַוָּל iniquus. שֵׁן dens. שלך *H.* abjecit. טֶרֶף præda.
18 קֵן nidus. *r.* קנן *P.* nidificare. גָּוַע expiravit. חול *m.*
arena. *al.* palma. *ex Arab.* רָבָה multus fuit. יום dies.
19 שֹׁרֶשׁ radix. פָּתַח aperuit. טַל ros. לון pernoctare.
3. *f. H.* קָצִיר meſſis. (20) כָּבוֹד gloria. חָדָשׁ novus.
קֶשֶׁת arcus. יָד manus. חָלַף mutavit, innovatus fuit. (21) יִחֵל moratus eſt, expectavit.
3. *pl. præt. P.* W. r. 7. m. IV. p. 15. דָּמַם ſiluit. 3. *m. pl.*
f. k. vel *N. ſpec.* עֵצָה conſilium. *r.* יָעַץ.
22 שָׁנָה iteravit. נָטַף ſtillavit, deſtillavit. מִלָּה ſermo.
r. מָלַל. (23) פָּעַר aperuit, diſtendit. מַלְקוֹשׁ pluvia ſerotina. (24) שָׂחַק riſit. 1. *f. k.* אָמַן nutrivit. *H.* credidit. (25) בָּחַר elegit. יָשַׁב ſedit.
שָׁכַן habitavit. גדוד turma. אָבַל luxit. אָבֵל lugens. נִחַם conſolationem cepit. *it.* pœnituit.

CAP. XXX.

1 שָׂחַק luſit, riſit. צָעִיר parvus, exiguus. מָאַס ſprevit.
אָב pater. שׁוּת ponere. *inf. H.* כֶּלֶב canis. צֹאן
grex, oves. (2) אָבַד periit. כֶּלַח ſenectus. *r.* כלח.
3 חֶסֶר inopia, penuria. *r.* חָסֵר defuit. כָּפָן fames. *r.* כָּפַן
collegit. *al.* abſcondit. גַּלְמוּד ſolitarius, rejectus. *r.*
גָּלַם convolvit. עָרַק fugit. עֲרָקִים nervi, venæ,
arteriæ. צִיָּה deſertum, aridus locus. *r.* צִיה.
אֶמֶשׁ nocte vel veſpera præterita. *r.* אמש. שׁוֹאָה vaſtatio tumultuoſa. *r.* שָׁאָה vaſtatus eſt. מְשׁוֹאָה devaſtatio. *r. ead.*
4 קָטַף decerpſit, evulſit. מַלּוּחַ herba ſalſa. *al.* malva. *al.*
urtica. *r.* מָלַח ſalivit. שִׂיחַ meditatio. *it.* virgultum, ſtirps, frutex. *r.* שִׂיחַ meditari. שֹׁרֶשׁ radix.
רֹתֶם juniperus. *al.* geniſta. *r.* רָתַם ligavit, junxit.
לֶחֶם panis. (5) גֵּו corpus, medium. *r.* גוה.
גֵּרֵשׁ expulit, ejecit. 3. *pl. fut. Pyh.* W. r. 25. m. III. γ.
pag. 89. ריע *al.* רוע malunt eſſe. *H.* vociferatus eſt.

3. *pl. f. H.* W. r. 36. m. III. p. 148. & annot. I. pag. 151. גַּנָּב fur. *r.* גָּנַב furatus eſt. (6) עָרוּץ ruptura. *r.* עָרַץ confregit. נַחַל torrens, vallis. שָׁכַן habitavit. חֹר foramen, caverna. *r.* חָרַר aduſtus fuit. *it.* perforavit. כֵּפִים *m. pl.* petræ. *r.* כיף.

7 שִׂיחַ meditatio. *it.* frutex. נָהַק rudit. חָרוּל urtica. *al.* ſpina. *r.* חרל. סָפַח adjunxit, adhæſit, aſſociavit ſe. 3. *pl. f. Pyh.* (8) נָבָל ſtultus, abjectus. נכה *N.* נִכָּה percuſſus fuit. 3. *plur. præt. N.* W. r. 34. m. I. exc. 3. p. 141. (9) נְגִינָה pulſatio fidium, modulatio. *r.* נָגַן manu pulſavit. הָיָה fuit. 1. *præt.* & 1. *f. f. k.* W. r. 33. annot. I. *α.* p. 130. מִלָּה ſermo. *r.* מָלַל.

10 תָּעַב abominatus eſt. רָחַק longinquus fuit. חָשַׂךְ cohibuit, ſubtraxit. רֹק ſputum. *r.* רָקַק ſpuit.

11 יֶתֶר reſiduum. *it.* chorda, nervus. *r.* יתר *H.* reliquit. פָּתַח aperuit. עָנָה reſpondit. *P.* afflixit. 3. *ſing. fut. Pih.* רֶסֶן frænum. *r.* רסן. שָׁלַח miſit.

12 יָמִין dextra. פִּרְחָח *m.* pubertas. *r.* פָּרַח effloruit. קוּם ſurgere. 3. *f. k.* סָלַל aggeravit, contumulavit. 3. *pl. f. k.* W. r. 41. m. II. *β.* p. 173. & m. V. pag. 174. אֹרַח via. אֵיד vapor, calamitas, pernicies,

13 נָתַס diruit, deſtruxit. נָתִיב *m.* נְתִיבָה *f.* ſemita. הַוָּה ſubſtantia. *it.* ærumna, pravitas. *r.* הָוָה fuit. יעל *H.* הוֹעִיל profuit, profecit. עָזַר juvit.

14 פֶּרֶץ ruptura. רָחָב latus. אָתָה venit. 3. *pl. f. k.* W. r. 30. II. 1. p. 102. & 34. m. I. exc. 1. p. 138. שֹׁאָה deſolatio. גָּלַל volvit. 3. *pl. præt. Hiƀp.* W. r. 42. 1. p. 181.

15 הָפַךְ vertit, convertit. 3. *ſing. præt. Hoph.* בַּלָּהָה & בֶּהָלָה conturbatio, terror. *r.* בהל *N.* conturbatus eſt. רָדַף perſecutus eſt. נָדִיב *m.* נְדִיבָה *f.* ſpontaneus, a. *r.* נָדַב ſponte dedit. עָב nubes. עָבַר tranſiit. יְשׁוּעָה ſalus.

16 שָׁפַךְ fudit, effudit. 3. *f. f. Hitbp.* W. r. 28. m. III. 1. p. 96. אָחַז prehendit, apprehendit. 3. *pl. f. k.* W. r. 30. m. II. 1. p. 102. עֳנִי afflictio. *r.* עָנָה.

17 לַיִל nox. עֶצֶם os. נָקַר effodit, perfodit. עוֹרְקִים *m. pl.* arteriæ, nervi. *r.* עָרַק fugit. שָׁכַב cubuit. 3. *f. k.*

18 רֹב multitudo. *r.* רָבַב. כֹּחַ robur. חָפַשׂ ſcrutatus eſt. *Hitbp.*

Hithp. mutavit, diſſimulavit ſe. לְבוּשׁ veſtis. *r.* לָבַשׁ veſtivit, induit. פֶּה os. כֻּתֹּנֶת tunica. *r.* כתן. אָזַר cinxit. 3. *f. H.*

19 יָרָה jecit, projecit. 3. *præt. H.* W. r. 37. m. IV. 2. p. 163. & r. 34. m. I. *β.* 138. חֹמֶר lutum. מָשַׁל dominatus eſt. *N.* ſimilis factus eſt. עָפָר pulvis. אֵפֶר cinis. *r. inuſ.* אפר.

20 שׁוע vociferari. 1. *f. P.* עָנָה reſpondit. עָמַד ſtetit. בין intellexit. *it.* advertit. 2. *ſing. præt. Hiph.* W. r. 36. m. V. p. 156.

21 הָפַךְ 3. *f. N.* אַכְזָר atrox, ferox. *r.* כזר. עֹצֶם robur. *r.* עָצַם roboratus eſt. שָׂטַם odit, odio proſecutus eſt. 3. *f. K.*

22 נָשָׂא tulit. 2. *f. k.* רָכַב equitavit. מוג liquefieri, diſſolvi. 2. *f. P.* W r. 36. m. V. p. 156. תּוּשִׁיָּה eſſentia, virtus, ſapientia. *r.* יֵשׁ eſt, ſunt. *al.* שָׁוָה.

23 שׁוב reverti. 2. *f. H.* מוֹעֵד conventus. *r.* יָעַד condixit.

24 עִי *m.* cumulus. *r.* עיה. פִּיד oppreſſio, calamitas. *r.* פוד. שׁוַע vociferatio, clamor. *r.* שׁוע vociferari.

25 בָּכָה flevit. 1. *ſing. præt. k.* W. r. 34. m. II. 2. pag. 141. קָשֶׁה durus. עָגַם anxius, contriſtatus fuit. אֶבְיוֹן egenus.

26 קָוָה expectavit. יחל *Niph.* נוֹחַל expectavit, ſperavit. 3 *ſing. f. P.*

27 מֵעִים viſcera. *r.* מעה. רָתַח ferveſcere. דָּמַם ſiluit. 3. *pl. præt. K.* W. r. 41. m. II. *β.* p. 173. קָדַם antevenit, antevertit.

28 קָדַר obtenebratus fuit. *it.* pullatus inceſſit. חַמָּה calor, ſol. *r.* חָמַם caluit, incaluit. קוּם ſurgere, ſtare. 1. *præt. k.* קָהָל cœtus.

29 תַּנִּין balæna. *it.* draco, ſerpens. *plur.* תַּנִּינִים & *contr.* תַּנִּים *r.* תנן. רֵעַ ſocius. בַּת filia. יַעֲנָה & יְעֵנָה ulula. *r.* עָנָה reſpondit.

30 עוֹר cutis. שָׁחַר niger, denigratus eſt. *P.* mane quæſivit. עֶצֶם os. חָרָה arſit, exarſit. חֹרֶב ſiccitas. *r.* חָרַב ſiccatus, vaſtatus fuit.

31 אֵבֶל luctus. כִּנּוֹר cithara. עוּגָב & עֻגָּב organon muſicum. בָּכָה flevit.

CAP. XXXI.

1 בְּרִית fœdus. כָּרַת excidit. *it.* pepigit. עַיִן oculus. בִּין intelligere. 1.*f.* *Hithp.* בְּתוּלָה virgo.

2 חֵלֶק pars. *r.* חָלַק diviſit. נַחֲלָה poſſeſſio. *r.* נָחַל. מָרוֹם excelſus. *r.* רוּם.

3 אֵיד vapor, calamitas. עַוָּל iniquus. *r.* עָוַל. נֵכֶר & נֹכֶר alienum, alienatio. *r.* נָכַר alienus fuit, agnovit. פָּעַל operatus eſt. אָוֶן iniquitas.

4 צַעַד *m.* greſſus. סָפַר enumeravit.

5 הָלַךְ ivit. שָׁוְא vanitas. חוּשׁ feſtinare. 3. *f. f. al. ex* חָשָׁה ſiluit. מִרְמָה *f.* dolus.

6 שָׁקַל ponderavit. מֹאזְנַיִם *m. dual.* bilances, ſtatera. *r.* אָזַן attendit. (7) נָטָה inclinavit. 2.*f.* *K.* אַשּׁוּר greſſus. *r.* אָשַׁר inceſſit. כַּף manus. עַיִן oculus. לֵב cor. דָּבַק adhæſit. מְאוּם, מְאוּמָה quicquam. *al.* מוּם vitium, labes.

8 זָרַע ſevit, ſeminavit. 1. *f.* *K.* W. r. 23. m. III. 2. p. 73. אַחֵר alius. אָכַל comedit. צֶאֱצָאִים propagines. *r.* יָצָא exiit. שֵׁרֵשׁ radices egit, eradicavit. 3. *pl. fut.* *Pyh.* W. r. 7. m. III. p. 14.

9 פָּתָה perſuaſus, pellectus fuit. 3.*f. præt.* *N.* פֶּתַח oſtium. רֵעַ amicus. אָרַב inſidiatus eſt.

10 טָחַן moluit, commoluit. אִשָּׁה & *conſtr.* אֵשֶׁת uxor. כָּרַע incurvavit ſe, procubuit in genua.

11 זִמָּה cogitatio, ſcelus. *r.* זָמַם cogitavit, molitus eſt. עָוֹן iniquitas. פְּלִילִי judex. *r.* פָּלַל.

12 אֲבַדּוֹן perditio. *r.* אָבַד periit. תְּבוּאָה proventus. *r.* בּוֹא venire. (13) מָאַס ſprevit. עֶבֶד ſervus. אָמָה ancilla. רִיב litigare. עִמָּדִי mecum.

14 שׁוּב reverti. *Hiph.* reduxit, ſedavit. 1.*f.f.H.* W. r. 36. m. III. p. 148. (15) בֶּטֶן uterus. עָשָׂה fecit. כּוּן aptare, diſponere. 3. *pl. f. k.* W. r. 7. m. IV. p. 15. רֶחֶם. uterus. (16) מָנַע prohibuit. חֵפֶץ voluntas. דַּל tenuis. *r.* דָּלַל attenuatus eſt. עַיִן oculus. אַלְמָנָה vidua. כָּלָה conſumtus fuit. 1.*f.f.P.*

17 פַּת fruſtum, buccella. *r.* פָּתַת fregit. W. r. 46. m. II. not. p. 104. יָתוֹם pupillus.

נעורים

18 נְעוּרִים pueritia. *r.* נַעַר. גָּדֵל magnus, & *participaliter,* creſcens. *r.* גָּדַל magnus fuit. נָחָה duxit, abduxit. 1. *f. f. H.* W. r. 34. m. I. *β.* p. 138.

19 רָאָה vidit. אָבַד periit. לְבוּשׁ veſtis. כְּסוּת tegumentum. *r.* כָּסָה texit. אֶבְיוֹן egenus. *r.* אָבָה voluit. (20) בֵּרֵךְ benedixit. 3. *pl. præt. P.* W. r. 7. m. III. p. 14. חֲלָצַיִם *dual.* lumbi. *r.* חָלַץ exuit, expedivit. גֵּז vellus, ſecta lana. *r.* גָּזַז reſecuit. כֶּבֶשׂ agnus. חָמַם caluit, calefactus eſt. 3. *f. Hithp.*

21 נוּף ſtillare. *Hiph.* agitare. 1. *ſing. præt. H.* W. r. 36. m. III. 1. & 3. pag. 148. ſeq. & annot. I. *β.* pag. 152. שַׁעַר porta. עֶזְרָה auxilium. (22) כָּתֵף humerus, ſcapula, latus. *r.* כתף. שְׁכֶם humerus. *r.* שכם *H.* matutinavit. נָפַל cecidit. זְרוֹעַ & אֶזְרוֹעַ brachium. *r.* זָרַע ſevit. קָנֶה canna, calamus. *r.* קָנָה acquiſivit. שָׁבַר fregit. 3. *f. N.* (23) פַּחַד pavor. אֵיד vapor, calamitas. שְׂאֵת excellentia, remiſſio. *r.* נָשָׂא tulit. יָכֹל potuit. (24) שׂוּם ponere. כֶּסֶל ſtultitia. *it.* ſpes, fiducia. *r.* כָּסַל. כֶּתֶם aurum inſigne, obryzum. *r.* כתם. מִבְטָח fiducia. *r.* בָּטַח fidit.

25 שָׂמַח lætatus eſt. חַיִל vis, opes. כַּבִּיר validus. *it.* ingentes opes. *r.* כבר. מָצָא invenit.

26 הָלַל inſanivit. *al.* ſuperbivit. *Niph.* ſplenduit, claruit. 3. *f. f. H.* W. r. 41. m. I. p. 171. & m. V. p. 174. יָרֵחַ luna. יָקָר pretioſus. (27) פָּתָה perſvaſus, ſeductus fuit. סֵתֶר abſconſio. נָשַׁק oſculatus eſt. פֶּה os.

28 עָוֹן iniquitas. *r.* עָוָה inique egit. פְּלִילִי judex. *r.* פָּלַל judicavit. כָּחַשׁ mentitus fuit. 1. *f. præt. Pih.* מִמַּעַל ſuperne. (29) שָׂמַח lætatus eſt. פִּיד oppreſſio. infortunium. שָׂנֵא odit. *part. P.* עוּר evigilare, expergiſci. 1. *ſing. præt. Hithp.* W. r. 36. m. V. p. 156.

30 נָתַן dedit. חָטָא peccavit. חֵךְ palatum. שָׁאַל petiit, rogavit. אָלָה execratio, adjuratio. *r.* אָלָה execratus eſt.

31 מְתִים homines. אֹהֶל tentorium. שָׂבַע ſatiatus eſt. בָּשָׂר caro. (32) לוּן pernoctare. 3. *f. H.* גֵּר peregrinus. *r.* גור. דֶּלֶת oſtium. אֹרַח, אֹרֵחַ viator. פָּתַח aperuit.

33 כִּסָּה texit. פֶּשַׁע prævaricatio. טָמַן abdidit, abſcon-
dit. חֹבֶא ſinus. *qs.* reconditorium. *r.* חבא *H.* ab-
ſcondidit. *al.* חָבַב dilexit. *inf. k.* W. r. 41. m. II. α.
p. 173. עָוֹן iniquitas.
34 עָרַץ violenter egit, terruit, expavit. הָמוֹן populus, tur-
ba. רַב multus. בּוּז contemtus. *r.* בוז ſpernere,
contemnere. מִשְׁפָּחָה familia. חָתַת fractus, con-
ſternatus eſt. 3. *ſing. f. H.* W. r. 41. m. II. α. pag. 173.
דָּמַם ſiluit. 1. *f. N.* יָצָא exiit. פֶּתַח oſtium.
35 תָּו ſignum. *r. inuſ.* תוה. כָּתַב ſcripſit. רִיב lis, cau-
ſa. *r.* ריב litigare. (36) שְׁכֶם humerus.
נָשָׂא tulit. עָנַד alligavit, annexuit. 1. *f. K.* W. r. 30.
m. II. 1. p. 102. & r. 4. pag. 9. עֲטָרָה corona. *r.* עָטַר
circumdedit, cinxit. (37) מִסְפָּר numerus.
צַעַד greſſus. נגד *H.* indicavit. נָגִיד dux. קָרַב ac-
ceſſit. 1. *f. P.* (38) זָעַק clamavit. יַחַד ſimul.
תֶּלֶם ſulcus. *r.* תלם. בָּכָה flevit. 3. *f. k.*
39 כֹּחַ robur. בַּעַל dominus. נָפַח ſpiravit, flavit. 1. *pr. H.*
W. r. 38. p. 166. (40) חִטָּה triticūm. חוֹחַ ſpina,
paliurus, carduus. *r.* חוח. שְׂעֹרָה hordeum. בָּאְשָׁה
herba fœtens & vitioſa, lolium, lappa. *r.* בָּאַשׁ fœtuit.
תַּמּוּ abſolvit, perfectus fuit. 3. *pl. præt. k.* W. r. 41.
m. II. p. 173.

CAP. XXXII.

1 שָׁבַת quievit. עֲנוֹת reſpondit. *inf. k.*
2 חָרָה arſit, exarſit. 3. *f. k.* W. r. 33. annot. I. b. pag. 133.
מִשְׁפָּחָה familia. (3) מַעֲנֶה reſponſum. *r.* עָנָה.
רָשַׁע improbus fuit. *H.* condemnavit.
4 חִכָּה præſtolatus eſt, expectavit. זָקֵן ſenex.
5 רָאָה vidit. אֱנוֹשׁ homo. (6) צָעִיר parvus.
יָשִׁישׁ decrepitus. זָחַל timuit, veritus fuit. יָרֵא ti-
muit. 1. *ſing. f. k.* W. r. 37. m. III. p. 161. חַוֹּת indica-
vit, annunciavit. *inf. P.* דֵּעַ ſcientia. *r.* יָדַע ſcivit,
cognovit. (7) רֹב multitudo. *r.* רָבַב multus fuit.
שָׁנָה annus. (8) נְשָׁמָה anima. בין 3. *f. H.*
9 חָכַם ſapuit, ſapiens fuit. 3. *pl. f. k.* W. r. 30. exc. 3 p. 106.
בין

בּוּן intelligere. (11) יחל *P.* expectavit. 1.*præt.H.*
און *H.* הֶאֱזִין auſcultavit. 1.*ſing.f.H.*W.r.27.m.III.
5.p.94.ſeq. תְּבוּנָה intelligentia. *r.* בּוּן. חָקַר in-
veſtigavit. מִלָּה. ſermo.
12 בּוּן 1.*f.Hiph.* יכח *H.* הוֹכִיחַ arguit, increpavit. *part.H.*
עָנָה *part.k.* אָמַר ſermo.
13 נָדַף diſpulit, impulit. (14) עָרַךְ ordinavit.
שׁוּב reverti. 1.*f.* *H.*
15 חָתַת fractus, conſternatus eſt. 3.*præt.k.* עָתַק conſenuit.
it. translatus fuit. 3.*pl. præt.H.*W.r.30.exc.3. p.106.
16 יחל expectavit. 1.*præt.H.* עָמַד ſtetit. עוֹד amplius.
17 עָנָה 1.*f.K.* חֵלֶק pars. חוה *P.* indicavit.
18 מָלֵא plenus fuit. צוק arctari. 3.*ſing.præt.Hithp.*W.r.
30.m.III.1.p.148 & annot.I.β.p.152.
19 פָּתַח aperuit. אוֹב Pytho. *pl.* אוֹבוֹת pythones. *al.*h.l.
utres. *r.* אוב. חָדָשׁ novus. בָּקַע diſcidit.
20 רָוַח dilatatus fuit, reſpiravit. שָׂפָה labium.
21 נָשָׂא tulit.1.*f.K.* כָּנָה cognominavit, cognomine uſus
fuit. (22) עָשָׂה fecit. *part.k.*

CAP. XXXIII.

1 מִלָּה ſermo. אָזַן auſcultavit.
2 פָּתַח aperuit. חֵךְ palatum. (3) יֹשֶׁר rectitudo.
לֵב cor. דַּעַת ſcientia. *r.* יָדַע ſcivit. שָׂפָה labium.
בָּרַר purificavit. מָלַל locutus fuit.
4 רוּחַ ſpiritus. אֵל Deus. עָשָׂה 3.*fæm.præt.k.* נְשָׁמָה
ſpiraculum, anima. שַׁדַּי omnipotens. חָיָה vixit.
P. vivificavit. (5) יָכֹל potuit. שׁוּב reverti.
H. reſpondere. *imp.H.* עָרַךְ diſpoſuit. יצב *H.* con-
ſtituit. (6) פֶּה os. חֹמֶר *m.* lutum. קָרַץ in-
cidit, concidit. 1.*f.præt.Pyh.* W.r.7.m.III.p.14.ſeq.
7 אֵימָה terror, formido. *r.* אים. בָּעַת perterruit, per-
turbavit. 3.*ſing.f.Pyh.* אֶכֶף *m.* manus. *r.* אָכַף. כָּבֵד
gravis fuit. (8) אֹזֶן auris. שָׁמַע audivit.
9 זַךְ mundus. *r.* זָכַךְ. חַף nitidus, mundus. *r.* חָפַף texit,
operuit. (10) תְּנוּאוֹת ruptura, fractura. *r.* נוא.
11 שׂוּם ponere. 3.*f.H.* סַד compes, cippus. *r.* סדד סוד

12 רָבָה multus, magnus fuit.
13 ריב contendere. 2. *præt.* *H.* W. r. 36. p. 150.
14 שׁיר canere. *it.* contemplari. 3 *f.f.k.* W. r. 36. m I. p. 146.
15 חֲלוֹם ſomnium. חִזָּיוֹן & חָזוֹן viſio. *r.* חָזָה vidit. לַיִל nox. נָפַל cecidit. תַּרְדֵּמָה ſomnus. *r.* רדם *N.* ſomno obrutus eſt. תְּנוּמָה dormitatio. *r.* נוּם dormitare. מִשְׁכָּב cubile. (16) גָּלָה migravit, revelavit. מוּסָר caſtigatio, eruditio. *r.* יָסַר caſtigavit, erudivit. חָתַם obſignavit. (17) סור recedere. *H* removere. גֵּאָה & גֵּוָה elatio, ſuperbia. *r.* גָּאָה altus fuit, ſuperbivit. כָּסָה obtexit. 2. *f.* *P.*
18 חָשַׂךְ prohibuit. שַׁחַת corruptio, fovea. *r.* שׁחת corrupit. חַיָּה vita. שֶׁלַח gladius, miſſile. *r.* שָׁלַח miſit.
19 יכח *H.* הוֹכִיחַ arguit, corripuit. 3. *ſing. præt.* *Hoph.* W. r. 37. m. IV. p. 163. ſq. מַכְאוֹב dolor. *r.* כָּאַב doluit. רֹב multitudo. *r.* רָבַב. עֶצֶם os. אֵיתָן fortis, robuſtus. *r.* איתן. (20) זָהַם faſtidivit, abominatus eſt. מַאֲכָל cibus. *r.* אָכַל comedit. תַּאֲוָה deſiderium. *r.* אָוָה. (21) כָּלָה perfectus eſt, conſumſit. 3. *f.* *k.* W. r. 33. annot. I. p. 131. רֳאִי viſus, viſio. *r.* רָאָה vidit. *part.* *k.* & 3. *præt.* *Pyh.* שפה *N.* נִשְׁפָּה eminuit, excelſus fuit. 3. *præt.* *Pyh.* רֻאָה 3. *præt.* *Pyh.*
22 מוּת mori. *part.* *H.*
23 מֵלִיץ illuſor. *it.* interpres. לוּץ illudere. *part.* *H.* W. r. 36 m. III. p. 148 & annot. I. p. 151.
24 חָנַן gratiam fecit, miſertus eſt. 3. *f.* *k.* W. r. 41. m. II. *β.* p. 173. פָּדַע & פָּדָה redemit. יָרַד deſcendit. *inf.* *k.* W. r. 37. annot. 2. p. 165. שַׁחַת fovea. כֹּפֶר pix, expiatio. *r.* כָּפַר picavit. *P.* expiavit.
25 רטפש qſ. ex רטב humidum fuit & פוש *ſeu* פָּשׁ augeſcere. *Pyh.* רֻטֲפַשׁ recreatus fuit. נֹעַר pueritia, infantia. *r.* נָעַר excuſſit. *it.* fremuit. שׁוּב reverti. 3. *f.* *k.* יוֹם dies. עֲלוּמִים *m. pl.* adoleſcentia. *r.* עלם *N.* abſcondit ſe.
26 עָתַר ſupplex oravit, deprecatus eſt. רָצָה benevoluit, accepit. רָאָה vidit. 3. *f.* *k.* תְּרוּעָה clangor, jubilum. *r.* ריע *H.* clanxit. (27) שׁוּר canere, contemplari. עָוָה curvus fuit. *it.* inique, perverſe egit. I. *ſing.*

1. *ſing. præt. Hiph*. W. r. 30. m. II. 1. p. 102. & r. 34. II. 2. p. 104. ſq. שָׁוָה æquatus, *it*. ſimilis, rectus, dignus fuit.
28 פָּדָה redemit. עָבַר tranſiit. שַׁחַת fovea.
29 פָּעַל fecit. פַּעַם vice.
30 נֶפֶשׁ anima. אוֹר lucere. *inf. H.*
31 קָשַׁב auſcultavit. חָרַשׁ aravit. *it*. ſurdum egit.
32 חָפֵץ deſideravit, voluit. (33) אָלַף didicit. *P*. docuit.

CAP. XXXIV.

2 חָכָם ſapiens. מִלָּה ſermo. אָזַן auſcultavit.
3 אֹזֶן auris. בָּחַן prohibuit, examinavit. חֵךְ palatus. טָעַם guſtavit. אָכַל comedit. *inf. k.*
4 בָּחַר elegit. יָדַע ſcivit. 1. *f. K.*
5 סוּר recedere. *H*, removere. *præt. H.*
6 כָּזַב mentitus eſt. 1. *f. P.* אָנוּשׁ ægerrimus, deſperatus dolor. *r*. אָנַשׁ ægrotavit. חֵץ ſagitta. פֶּשַׁע prævaricatio. (7) לַעַג ſubſannatio. *r*. לָעַג ſubſannavit.
8 אָרַח iter fecit. חֶבְרָה ſodalitium. *r*. חָבַר ſociatus eſt. פָּעַל operatus eſt. אָוֶן iniquitas. יָלַךְ ivit. *inf. K.* רֶשַׁע improbitas. *r*. רָשַׁע improbus fuit.
9 סָכַן profuit. גֶּבֶר *m*. vir. רָצָה voluit. *it*. complacuit.
10 חָלִילָה abſit. עָוֶל iniquitas. (11) פֹּעַל opus. *r*. פָּעַל operatus eſt, perfecit. מָצָא invenit.
12 אָמְנָם & אֻמְנָם vere, ſane. *r*. אָמַן. עָוַת pervertit, ſubvertit. (13) שׂוּם ponere. תֵּבֵל orbis. כֹּל omnis.
14 אָסַף collegit. (15) גָּוַע expiravit. עָפָר pulvis. שׁוּב reverti. 3. *f. k.* (16) בִּינָה intelligentia. אזן attendit. (17) שָׂנֵא odit. חָבַשׁ ligavit, obligavit. כַּבִּיר validus, *r*. כבר.
18 בְּלִיַּעַל homo nullius frugis, abſque fructu, ex בְּלִי non & יעל *H.* profuit. נָדִיב princeps.
19 שַׂר princeps נִכַּר *P*. alienus fuit, agnovit. *N*. נִכַּר diſcretus eſt, diſcrete agnitus eſt. שׁוֹעַ vociferatio. *al*. liberalis, nobilis, dives. *r*. שׁוּעַ. דַּל *m*. tenuis. *r*. דָּלַל. כֹּל, omnis. (20) רֶגַע momentum. *r*. רָגַע rupit, ſubito ſe movit. מוּת, mori. חֲצִי *m*. חֲצוֹת *f*. me-

f. medium. *r.* חָצָה dimidiavit. גָּעַשׁ tremuit, commotus fuit. 3.*pl.f. Pyh.* עָבַר tranſiit. סוּר recedere. 3.*f. H.* אַבִּיר Fortis.

21 עַיִן oculus. דֶּרֶךְ via. צַעַד greſſus.

22 חֹשֶׁךְ tenebræ. צַלְמָוֶת umbra mortis. סָתַר abſcondit. פָּעַל fecit. אָוֶן iniquitas.

23 שׂוּם ponere. 1.*f. H.* (24) רָעַע fregit, contrivit. 3.*f. f.k.* W. r. 41. m I. & V. p. 171. & 174. חֵקֶר *m.* perveſtigatio. עָמַד ſtetit. 3.*f. H.* אַחֵר alius.

25 מַעְבָּדִים *m. pl.* opera, facta. *r.* עָבַד ſervivit. הָפַךְ vertit. דָּכָא contrivit. 3.*f. Hitbp.* (26) סָפַק plauſit, comploſit. רָאָה vidit. (27) סוּר 3. *præt. k.* שָׂכַל proſperatus eſt. *H.* intellexit.

28 בּוֹא *inf. Hiph.* צְעָקָה clamor. *r.* צָעַק clamavit. עָנִי pauper. *pl.* עֲנִיִּים pauperes. (29) שָׁקַט quievit. שׁוּר canere, intueri. (30) חָנֵף hypocrita. מוֹקֵשׁ *m.* tendicula. *r.* יָקַשׁ. (31) חָבַל ligavit. *it.* diſrupit, deſtruxit. (32) חָזָה vidit. יָרָה jecit. *H.* docuit. עָוֶל iniquitas. פָּעַל fecit. יָסַף addidit. 1.*f. H.* (33) שָׁלַם perfectus fuit. *P.* retribuit. מָאַס ſprevit. בָּחַר elegit. (35) הַשְׂכִּיל & הַשְׂכֵּל intelligentia. *inf. H. nominaſcens. r.* שָׂכַל ſecundatus fuit. *H.* intellexit. (36) אָב pater. בָּחַן probavit. נֵצַח *m.* victoria. תְּשׁוּבָה reverſio. *it.* reſponſio. *r.* שׁוּב reverti.

37 רָבָה multiplicavit. 3.*f.f. H.* W. r. 33. annot. I. b. p. 132.

CAP. XXXV.

2 חָשַׁב putavit. (3) סָכַן profuit. יעל *Hiph.* הוֹעִיל profuit. (4) שׁוּב 1.*f. H.* מִלָּה ſermo. רֵעַ amicus.

5 נבט *Hiph.* הִבִּיט intuitus eſt. *imp. H.* שַׁחַק pulvis tenuiſſimus. *it.* æther, cœlum. *r.* שָׁחַק contudit. גָּבַהּ altus fuit. (6) פָּעַל operatus eſt. רָבַב multus fuit. פֶּשַׁע prævaricatio. (7) צָדַק juſtus fuit. נָתַן 2.*f.k.* לָקַח accepit. 3.*f. K.* עָשַׁק oppreſſit. זָעַק clamavit. שׁוּעַ vociferari. זְרוֹעַ brachium.

10 זָמִיר cantus, pſalmodia. *r.* זָמַר. לַיִל nox.

אלף

11 אָלַף didicit. *P.* docuit. *part. P. pro* מְאַלֵּף docens. W. r.
30. pag. 119. בְּהֵמָה beſtia. עוֹף avis. חָכַם ſapiens
fuit. (12) גָּאוֹן excellentia, ſuperbia. *r.* גָּאָה
altus fuit. (13) שָׁוְא vanitas. שׁוּר contemplari,
canere. (14) שׁוּר canere, contemplari. דִּין ju-
dicare. *imp. H.* חול parturire. *P.* genuit, ſollicite ex-
pectavit. 2. *ſing. f. P.* W. r. 36. m. V. p. 156.
15 פַּשׁ abundantia, multitudo. *r.* פּוּשׁ abundare.
16 הֶבֶל vanitas. פָּצָה aperuit. כבר *H.* הִכְבִּיר multi-
plicavit.

CAP. XXXVI.

1 יָסַף addidit. אָמַר dixit. 3. *f. k.* (2) כַּתַּר cinxit, ex-
pectavit. *imp. P.* זְעֵיר modicum, pauliſper. *r.* זער.
רָחוֹק longinquus. (4) תָּמִים perfectus, integer.
r. תָּמַם perfectus, integer fuit. (5) כַּבִּיר fortis.
מָאַס ſprevit. (9) חָיָה vixit. 3 *f. P.* vivificavit.
7 גָּרַע diminuit, ſubtraxit. כִּסֵּא *m.* ſolium. נֶצַח *m.* æter-
nitas. גָּבַהּ exaltatus eſt.
8 אָסוּר vinctus. זִקִּים *m. pl.* catenæ, compedes. *r.* זָקַק
fudit. *is.* ligavit, vincivit. לָכַד cepit, prehendit.
9 נגד *H.* indicavit. גָּבַר valuit, invaluit.
10 גָּלָה revelavit. 3. *ſing. fu. k.* W. r. 33. annot. I. *β.* p. 131.
מוּסָר correctio. אָוֶן iniquitas.
11 עָבַד ſervivit. כָּלָה perfectus, finitus eſt. נָעִים amœnus.
r. נָעֵם jucundus fuit. (12) שֶׁלַח miſſile. גָּוַע expiravit.
13 חָנֵף hypocrita. שׂוּם ponere. שׁוַע vociferari.
אָסַר ligavit.
14 מוּת mori. 3. *f. k.* נֹעַר pueritia, infantia. *r.* נָעַר ex-
cuſſit. קָדֵשׁ ſcortator, meritorius. *r.* קָדַשׁ.
15 חָלַץ exuit. 3, *f. P.* עָנִי pauper. עֳנִי afflictio. *r.* עָנָה
reſpondit, afflixit. גָּלָה revelavit, migravit. לַחַץ op-
preſſio. *r.* לָחַץ arctavit. אֹזֶן auris.
16 סות *H.* הֵסִית incitavit, perſuaſit. פֶּה os. צַר an-
guſtia. רַחַב latitudo. מוּצָק anguſtus. *r.* צוּק arctari.
al. validus. *r.* יָצַק fudit. נַחַת depoſitio, depoſitum.
r. נוח *H.* repoſuit. *al.* quies. *r.* נוּחַ. שֻׁלְחָן menſa.

מלא

2 רֹגֶז commotio. *r.* רָגַז contremuit, commotus fuit. הֶגֶה meditatio, ſermo. *r.* הָגָה meditatus eſt. פֶּה os. יָצָא exiit. (3) שָׁרָה dimiſit, ſolvit. *al.* direxit. 3. *ſ. f. k.* W. r. 34. I. *α.* p. 136. כָּנָף ala.
4 שָׁאַג rugiit. רָעַם tonuit. גָּאוֹן excellentia, ſuperbia. *r.* גָּאָה altus fuit. עָקַב conculcavit. *P.* diſtulit ad extremum.
5 פלא *N.* mirabilis fuit. *part. N.* יָדַע novit. 1. *f. k.*
6 שֶׁלֶג *m.* nix. הָוָה & הָוָא fuit. *imp. k.* גֶּשֶׁם imber, pluvia fortior. *r. inuſ.* גשם. מָטָר *m.* pluvia. עֹז robur.
7 חָתַם obſignavit. מַעֲשֶׂה opus.
8 אֶרֶב latibulum. *r.* אָרַב inſidiatus eſt. מְעוֹנָה habitatio, habitaculum. *r.* עוּן habitare. שָׁכַן habitavit.
9 חֶדֶר *m.* penetrale. סוּפָה *m.* turbo. זָרָה diſperſit. *part. P.* קָרָה frigus. *r.* קָרַר.
10 נְשָׁמָה ſpiraculum, anima. קֶרַח gelu, glacies. *r.* קָרַח glabravit ſe. רֹחַב latitudo. מוּצָק fuſum, firmum, validum. *r.* יָצַק fudit. *al.* צוּק arctari.
11 בְּרִי ſerenitas. *r.* בָּרָה edit. *al.* רִי irrigatio. *r.* רָוָה. טָרַח laboravit, fatigavit ſe. עָב nubes. פוּץ ſpargi, diſpergi. 3. *ſing. fut. Hiph.* W. r. 36. m. III. p. 148. ann. I. p. 141. עָנָן nubes.
12 מֵסַב circuitus. *r.* סָבַב circuivit. הָפַךְ vertit. תַּחְבּוּלוֹת *f. pl.* ſolertiæ, conſilia. *r.* חָבַל ligavit. פָּעַל operatus eſt. צָוָה præcepit. תֵּבֵל orbis.
13 שֵׁבֶט virga, tribus. חֶסֶד miſericordia. מָצָא invenit. 3. *f. H.*
14 הֶאֱזִין auribus percepit. בּוּן intelligere.
15 יָדַע 2. *f. k.* שׂוּם ponere. יפע *Hithp.* הוֹפִיעַ ſplenduit, illuxit.
16 מִפְלָשִׂים *m. pl.* libramenta. *r.* פלס. מִפְלָאוֹת *f. pl.* mirabilia. *r.* פלא *N.* mirabilis fuit. תָּם perfectus. *r.* תָּמַם. דֵּעַ ſcientia. *r.* יָדַע.
17 בֶּגֶד veſtis. חַם calidus. *r.* חָמַם caluit. שָׁקַט tranquillus fuit. דָּרוֹם meridies, auſter. *r.* דרם.
18 רָקַע expandit. שַׁחַק nubes ſuperior. חָזָק fortis. רְאִי, רְאִי viſus, viſio. *it.* ſpeculum. *r.* רָאָה vidit. מוּצָק fuſum. *r.* יָצַק fudit.

19 יָדַע *imp.H.* אָמַר 1. *pl f. k.* חשֶׁךְ tenebræ.
20 סֻפַּר 3. *f. Pyh.* בָּלַע abſorpſit.
21 אוֹר lucere, ſplendere. 1. *f.H.*W.r.36.m.III. pag. 148. & not.ϰ.p.150. עָבַר tranſiit. טָהֵר mundus fuit. 3.*f.P.*
22 צָפוֹן aquilo. אָתָה venit. יָרֵא timuit. הוֹד decor.
23 מָצָא invenit. שַׂגִּיא magnus. עָנָה reſpondit. *P.* afflixit.

CAP. XXXVIII.

1 סְעָרָה procella, turbo. *r.* סָעַר procelloſus fuit.
2 חָשַׁךְ tenebroſus eſt. עֵצָה conſilium. *r.* יָעַץ. מִלָּה ſermo. *r.* מָלַל. דַּעַת ſcientia. *r.* יָדַע.
3 אָזַר cinxit, accinxit. *imp. K.* חֲלָצַיִם *m. dual.* lumbi. *r.* חָלַץ exuit. שָׁאַל interrogavit. יָדַע ſcivit. *H.* ſcire fecit. (4) יָסַד fundavit. נגד *H.* indicavit. בִּינָה intelligentia. *r.* בִּין.
5 מְמַדִּים *m. pl.* menſuræ. *r.* מָדַד menſuratus eſt. יָדַע 2.*f.k.* נָטָה inclinavit, extendit. קַו linea. *r.* קָוָה expectavit. (6) אֶדֶן *m.* baſis. טָבַע immerſus, demerſus fuit. 3. *ſing. præt. Hoph.* יָרָה jecit. אֶבֶן lapis. פִּנָּה *f.* angulus.
7 רָנַן cecinit. *inf. k.* W. r. 41. m. I. pag. 171. יַחַד ſimul. כּוֹכָב ſtella. בֹּקֶר mane. ריע *H.* clanxit.
8 סָכַךְ texit, obtexit. 3.*f.H.* דֶּלֶת janua. *dual.* דְּלָתַיִם fores, valvæ. גּוּחַ prodire. *Hiph.* eduxit. *inf. H.*W.r.36. m.III. not. ϰ.p.150. רֶחֶם uterus. יָצָא exiit. 3. *f. k.*
9 שׂוּם ponere. עָנָן nubes. לְבוּשׁ veſtis. עֲרָפֶל caligo. *r.* ערף. חֲתֻלָּה faſcia. *r.* חָתַל faſciis involvit.
10 שָׁבַר fregit. חוֹק ſtatutum. שׂוּם 1. *f. H.* בְּרִיחַ vectis, repagulum. *r.* בָּרַח fugit.
11 יָסַף addidit. 3. *f. H.* שׁוּת ponere. 3. *f. H.* גָּאוֹן elatio, ſuperbia. *r.* גָּאָה altus fuit. גַּל cumulus, acervus. *it.* ſcaturigo, fluctus. *r.* גָּלַל volvit.
12 יוֹם dies. צִוָּה præcepit. שַׁחַר aurora. *r.* שָׁחַר niger fuit. (13) אָחַז apprehendit. כָּנָף ala. נָעַר excuſſit. 3. *pl. f. N.*
14 הָפַךְ mutavit. חֹמֶר lutum. חוֹתָם ſigillum. יצב *H.* ſtatuit.

טבע

15 מָנַע cohibuit. 3. *f. N.* רָשָׁע impius. אור lux
זְרוֹעַ brachium. רָמָה excelſum. *r.* רום altum eſſe
16 נִבְכִים fluenta. *r.* בָּכָה flevit. *al.* ſcopuli. *r.* בוך *al.* נבך
חֵקֶר penetrale, inveſtigatio. תְּהוֹם abyſſus. הָלַךְ ivit
17 גָּלָה revelavit, migravit. שַׁעַר porta. צַלְמָוֶת umbra
mortis. רָאָה vidit. (18) בּוֹן intelligere.
רֹחַב latitudo. *r.* רָחַב dilatatus eſt. נגד *H.* indicavit.
19 שָׁכַן habitavit. 3. *f. k.* חֹשֶׁךְ tenebræ. מָקוֹם locus. *r.*
קום ſtare. (20) לָקַח accepit. גְּבוּל terminus.
בּוֹן intelligere. 2 *f. H.* נָתִיב *m.* נְתִיבָה *f.* ſemita.
21 יָלַד genuit, peperit. 3. *f. N.*
22 אוֹצָר theſaurus. שֶׁלֶג nix. בָּרָד grando.
23 חָשַׂךְ retinuit, cohibuit. קְרָב prælium.
24 פּוּץ ſpargi. קָדִים oriens. *it.* eurus. *r.* קָדַם antevertit.
25 פִּלַּג diviſit. שֶׁטֶף & שֶׁטֶף inundatio. *r.* שָׁטַף ſtillavit.
inundavit. תְּעָלָה aquæ ductus. *r.* עָלָה adſcendit.
חָזִיז fulgetrum, coruſcatio. *r.* חזז. קוֹל vox.
26 מטר *H.* pluit. (27) שָׂבַע ſatiatus, ſatur fuit.
שׁוֹאָה & מְשׁוֹאָה vaſtatio. *r.* שָׁאָה vaſtatus eſt. צָמַח
germinavit. מֹצָא egreſſus. *r.* יָצָא. דֶּשֶׁא herba.
28 מָטָר pluvia. יָלַד genuit. אֶגֶל gutta, vel collectio.
טַל *m.* ros. *r.* טָלַל texit. (29) קֶרַח glacies.
כְּפֹר pruina. *r.* כָּפַר picavit.
30 חבא *N.* abſcondit. לָכַד cepit, comprehendit. 3. *pl. f. Hithp.*
31 קָשַׁר ligavit, colligavit. מַעֲדַנִּים & מַעֲדַנּוֹת deliciæ.
r. עדן. כִּימָה vergiliæ, pleiades. *r.* כום. מָשַׁךְ tra-
xit. כְּסִיל ſtultus. *it.* orion. *r.* כָּסַל. פָּתַח aperuit.
32 יָצָא exiit. 2. *f. H.* מַזָּרוֹת *f. pl.* planetæ, ſigna cœleſtia.
r. נָזַר. עֵת tempus. *r.* עָתַת. עַיִשׁ arcturus.
נָחָה duxit. 2. *f. H.* (33) יָדַע novit. חֹק ſtatutum.
שׂוּם ponere. מִשְׁטָר gubernatio, dominatus. *r.* שטר.
34 רום 2 *f. H.* עָב denſitas, nubes. שֶׁפַע *m.* שִׁפְעָה *f.* af-
fluentia. כָּסָה texit. (35) בָּרָק *m.* fulgur. יָלַךְ
ivit. 3. *f. k.*
36 בַּטֻּחָה fiducia. *r.* בָּטַח confiſus eſt. *al.* טֻחוֹת *f. pl.* præ-
cordia, renes. *r.* טוּחַ oblinere. חָכְמָה ſapientia.
שֶׂכְוִי intellectus, mens. *r. inuſ.* שכה. בִּינָה intel-
ligentia. *r.* בּוֹן.

37 סָפַר numeravit. שַׁחַק *m.* nubes. נֶבֶל uter. שָׁכַב cubuit. *H.* proſtravit, dejecit, effudit. (38) יָצַק [illegible]dit.
it. firmari, durefcere. *inf.* K. W. r. 37. annot. 2. p. 165.
מוּצָק ſolidum. רְגָבִים *m. pl.* glebæ. *r. inuſ.* רגב.
דָּבַק adhæſit, agglutinavit. 3. *f. Pyh.*
39 צוּד venari. 2. *f. k.* W. r. 36. m. I. p. 146. & annot. I. p. 151.
לָבִיא leo immanis. *r.* לבא. טֶרֶף præda. חַיָּה vita.
כְּפִיר leunculus. מָלֵא plenus eſt.
40 שָׁחַח inclinatus eſt, propendit. מָעוֹן habitatio. *r.* עוֹן.
יָשַׁב habitavit. 3. *f. k.* סֻכָּה tabernaculum. אֶרֶב latibulum. *r.* אָרַב inſidiatus eſt.
41 כּוּן aptare. 3. *f. H.* עֹרֵב corvus. צַיִד venatio. יֶלֶד natus, puer, pullus. שַׁוַּע vociferari. תָּעָה erravit.
3. *pl. f. k.* W. r. 34. m. I. α. p. 136. אֹכֶל cibus.

CAP. XXXIX.

1 יָלַד genuit. *inf. k.* יְעֵלִים *m. pl.* rupicapræ. *r.* יעל *H.*
profuit. סֶלַע petra. חוּל parturire. *P.* חוֹלֵל peperit. אַיָּלָה & אַיֶּלֶת cerva. *r.* איל.
2 יֶרַח luna, menſis. מָלֵא plenus, impletus eſt.
3 כָּרַע incurvavit. פָּלַח diſſecuit. חֵבֶל dolor graviſſimus. *r.* חָבַל ligavit, pigneratus eſt.
4 חָלַם ſomniavit. *it.* convaluit, robuſtus fuit. רָבָה multus fuit. בַּר frumentum, far. *r.* בָּרַר purificavit.
יָצָא exivit. שׁוּב reverti.
5 פֶּרֶא onager. חָפְשִׁי liber, manumiſſus. *r.* חפש.
מוֹסֵרוֹת vincula. *r.* יָסַר caſtigavit. עָרוֹד onager.
r. ארד. פָּתַח aperuit.
6 שׂוּם ponere. עֲרָבָה campeſtria. *it.* ſolitudo, deſertum.
r. עָרַב miſcuit. מִשְׁכָּן habitaculum. *r.* שָׁכַן. מְלֵחָה
ſalſugo. *r.* מָלַח ſalivit.
7 שָׂחַק riſit. הָמוֹן populus, turba. קִרְיָה civitas.
תְּשֻׁאוֹת *f. pl.* fragores, clamores. *r.* שָׁאָה vaſtatus, tumultuatus eſt. נוֹגֵשׂ exactor. *r.* נָגַשׂ exegit.
8 יְתוּר exploratio. *r.* תּוּר explorare. *al.* יָתוּר excellens.
r. יתר *H.* reliquit. הַר mons. מִרְעֶה paſcuum. *r.* רָעָה
pavit. יָרוֹק viride, virens herba. *r.* יָרַק ſpuit. דָּרַשׁ
quæ-

quæſivit, inquiſivit. (9) אָבָה voluit. רְאֵם *con-*
tracte רֵים monoceros. *r.* ראם. עָבַד ſervivit. לון
pernoctare. אֵבוּס præſepe. *r.* אָבַס ſaginavit.
10 קָשַׁר ligavit. תֶּלֶם ſulcus. *r.* תלם. עֲבֹת funis. שִׂדֵּד
occavit. עֵמֶק vallis. (11) בָּטַח confiſus eſt. עָזַב
reliquit. יְגִיעַ labor. *r.* יָגַע laboravit.
12 אָמַן nutrivit. זֶרַע ſemen. גֹּרֶן area. *r.* גרן. אָסַף
collegit. (13) כָּנָף ala. רְנָנִים *m. pl.* pavones. *r.*
רָנַן cecinit, clamavit. עָלַס exultavit. אֶבְרָה pen-
na, ala. *r.* אבר. חָסִיד benignus. *al.* חֲסִידָה ciconia.
r. חסד. נֹצָה pluma. *al.* ſtruthio camelus. *r.* נָצָה volavit.
14 עָזַב reliquit. בֵּיצָה ovum. *ab Rab.* ביץ. חָמַם incaluit.
15 שָׁכַח oblitus eſt. זור alienare. *it.* premere. comprime-
re. 2. *ſ. f. k.* W. r. 36. m. I. p. 146. חַיָּה beſtia. שָׂדֶה
ager. דוש triturare, frumentum excutere.
16 קשח *H.* הִקְשִׁיחַ obduravit, duriter tractavit. בֵּן filius.
r. בָּנָה. ריק vanitas. יְגִיעַ *m.* labor. *r.* יָגַע labora-
vit. פַּחַד pavor.
17 נָשָׁה oblitus fuit. 3. *ſ. præt. H.* W. r. 33. m I. *β.* p. 138. &
r. 38. p. 166. חָכְמָה ſapientia. חָלַק diviſit. בִּינָה
intelligentia. *r.* בין.
18 עֵת tempus. מָרוֹם altitudo. *r.* רום. מרא *H.* הִמְרִיא
extulit ſe. שָׂחַק riſit. רָכַב equitavit.
19 גְּבוּרָה robur. *r.* גָּבַר valuit. לָבַשׁ induit. צַוָּאר col-
lum. *r.* צור. רַעַם & רַעְמָה tonitru. רָעַם tonuit.
20 רָעַשׁ movit, commovit. אַרְבֶּה locuſta. *r.* רָבָה. הוד
decus, gloria. *r.* הדר. נַחַר rhonchus. *r.* נחר. אֵימָה
terror. *r.* אים.
21 חָפַר fodit, effodit. עֵמֶק vallis. שׂוּשׂ gaudere, lætari.
3. *pl. f. H.* W. r. 36. m. III. p. 148. & ann. 1. p. 151. כֹּחַ
vis, robur. יצא יָצָא exiit. קִרְאָה occurſus. נֶשֶׁק &
נֵשֶׁק armatura. *r.* נָשַׁק oſculatus fuit.
22 שָׂחַק riſit. חָתַת fractus, conſternatus fuit. 3. *f. f. H.* W.
r. 41. m. I. p. 171. חֶרֶב gladius. (23) רָנָה ſonuit.
אַשְׁפָּה pharetra. *r.* אשף. לַהַב flamma. חֲנִית haſta.
כִּידוֹן lancea. *r.* כיד. (24) רַעַשׁ concuſſio, commo-
tio. *r.* רָעַשׁ. רֹגֶז commotio. *r.* רָגַז contremuit. גָּמָא
abſorpſit. *al.* fodit, effodit. אָמַן nutrivit. *H.* cre-

dedit. שׁוֹפָר *m.* buccina. (25) דַּי ſufficientia.
רָחוֹק longinquus. ריח *H.* odoratus eſt. מִלְחָמָה *m.*
bellum. שַׂר princeps. *r.* שׂוּר. תְּרוּעָה clangor,
vociferatio. *r.* רָעַע vel ריע *H.* clanxit.
26 בִּינָה intelligentia. אבר *H.* הֶאֱבִיר volavit. נֵץ ac-
cipiter. *r.* נָצָה volavit. פָּרַשׂ expandit. כָּנָף ala.
תֵּימָן auſter, meridies. *r.* ימן *H.* dextram petiit.
27 פֶּה os. גָּבַהּ altus eſt. נֶשֶׁר aquila. *r.* נשר. רום ex-
altari. קֵן nidus. *r.* קָנַן nidificavit.
28 סֶלַע petra. שָׁכַן habitavit. לון pernoctare. 2. *f. Hithp.*
W. r. 36 m. V. p. 156. מְצוּדָה propugnaculum, mu-
nitio. *r.* מצד. (29) נָבַט intuitus eſt. 3. *f. H.*
30 אֶפְרֹחִים *m. pl.* pulli avium. *r.* פָּרַח germinavit. עָלַע ab-
ſorpſit. דָּם ſanguis. חָלָל confoſſus.

C A P. XL.

2 רוב litigare, contendere. *inf. K.* W. r. 36. m. I. pag. 146.
שַׁדַּי omnipotens. יִסּוֹר eruditio. *r.* יָסַר caſtigavit,
erudivit. יכח *H.* הוֹכִיחַ arguit, reprehendit. *part. H.*
עָנָה reſpondit. (4) קָלַל levis, velox fuit.
1. *ſing. præt. K.* W. r. 40. m. II. & III. pag. 173. ſeq.
שׁוּב reverti 1. *f. H.* יָד manus. שׂוּם ponere. פֶּה os.
5 יָסַף addidit. 1. *f. H.*
6 סַעַר *m.* סְעָרָה *f.* turbo, procella.
7 אָזַר cinxit, accinxit. חֲלָצַיִם lumbi. שָׁאַל rogavit.
יָדַע ſcivit, cognovit. *Hiph.* notum fecit. *imp. H.* W. r.
37. m. IV. 2. p. 163.
8 פּוּר diſrumpi. *H.* fregit, irritum fecit. 2. *f. H.* W. r. 36. m.
III. 2. p. 149. & annot. I. p. 151. מִשְׁפָּט judicium.
רָשַׁע impius eſt. *H.* impium fecit, pronunciavit.
צָדַק juſtus fuit.
9 זְרוֹעַ brachium. אֵל Deus. רָעַם tonuit.
10 עָדָה ornavit ſe. גָּאוֹן excellentia, ſuperbia. *r.* גָּאָה al-
tus fuit, ſuperbivit. גֹּבַהּ altitudo. הוד decus.
הָדָר honor. *r.* הָדַר honoravit. לָבַשׁ induit.
11 פוץ effundere, ſpargere, diſpergi. *imp. H.* עֶבְרָה excande-
ſcentia, indignatio. *r.* עָבַר. אַף naſus, ira. רָאָה vidit.
גאה

גֵּאֶה ſuperbus. שָׁפֵל humilis fuit. *H.* humiliavit.
12 כנע *H.* הַכְנִיעַ humiliavit. הָדַךְ contrivit, contudit.
13 עָפָר pulvis. חָבַשׁ ligavit, obligavit. טָמוּן abſcondi-
tus. *r.* טָמַן abſcondidit. *imp. K.*
14 יָדָה jecit. *H.* confeſſus eſt. 1. *f. H.* ישע *H.* ſalvavit, ſer-
vavit. יָמִין dextra.
15 בְּהֵמָה beſtia. עָשָׂה fecit. 1. *præt. k.* חָצִיר herba.
בָּקָר bos. אָכַל comedit.
16 כֹּחַ robur. מָתְנַיִם lumbi. און robur, potentia. *r.* און.
שְׁרִירִים *m. pl.* umbilici. *r.* שרר. בֶּטֶן venter.
17 חָפֵץ voluit, concupivit. *al. ex Arab.* curvavit. זָנָב cau-
da. h. l. proboſcis. *r.* זנב. אֶרֶז cedrus. גִּיד nervus. *r.*
גיד. פַּחַד pudor, verenda. שרג *Pyh.* שֹׂרַג perplexus,
implicatus fuit. 3. *pl. f. Pyh.* W. r. 7. m. III. p. 14. ſq.
18 עֶצֶם os. *r.* עָצַם. אָפִיק fortis, validus. *r.* אפק.
נְחוּשׁ æneus. גֶּרֶם os, oſſis, oſſa, artus. *r.* גָּרַם con-
trivit. מְטִיל vectis. *al.* virga. *al.* contuſio. *r.* מטל.
בַּרְזֶל ferrum.
19 דֶּרֶךְ via. עָשָׂה fecit. נָגַשׁ acceſſit, appropinquavit.
3. *f. H.* חֶרֶב gladius. (20) בּוּל proventus. *r.* בול.
הַר mons. נָשָׂא tulit. חַיָּה beſtia. שָׂחַק luſit.
21 צֶאֱלִים *m. pl.* umbroſa, arbores umbroſæ. *r.* צאל.
שָׁכַב cubuit. סֵתֶר occultum. קָנֶה canna, calamus.
r. קָנָה. בִּצָּה cœnum, lutum. *r.* בצץ.
22 סכך texit, obtexit. 3. *pl. f. k.* W. r. 41. m. II. *n.* pag. 173.
צָלַל obumbratus fuit. צֵלֶל umbra. סָבַב circum-
dedit. עֲרָבִים *m. pl.* ſalices. נַחַל *m.* torrens.
23 עָשַׁק oppreſſit. 3. *f. K.* נָהָר fluvius. חָפַז trepidavit,
feſtinavit. בָּטַח confiſus eſt. גּוּחַ prodire, erumpe-
re. 3. *f. H.* W. r. 3[illegible] m. III. p. 148. & annot. I. p. 151. פֶּה os.
24 עַיִן oculus. לָקַח accepit. מוֹקֵשׁ laqueus. *r.* יקש.
נָקַב perforavit, transfixit. (25) מָשַׁךְ extraxit.
חַכָּה hamus. *r.* חכך. חֶבֶל funis. שָׁקַע ſubmerſus
fuit. לָשׁוֹן lingua. (26) שׂוּם ponere. אַגְמוֹן jun-
cus. *it.* reſtis ex junco. *r.* אגם. חוֹחַ ſpina, paliurus.
al. carduus, hamus. *r.* חוח. לְחִי gena, maxilla. *r.* לחה.
27 רָבָה multus fuit. תַּחֲנוּנִים *m. pl.* deprecationes, pre-
ces. *r.* חָנַן. רַךְ tener. *fœm.* רַכָּה. *r.* רָכַךְ molli-
tus eſt.

28 כָּרַת excidit, pepigit. לָקַח accepit. עֶבֶד ſervus.
29 שָׂחַק luſit. צִפּוֹר avis. קָשַׁר ligavit. נַעֲרָה puella.
30 כָּרָה paravit, fodit. *al.* irruit. 3. *pl. f. K.* W. r. 34. m. I. *a.*
p. 136. חַבָּר ſocius. *r.* חָבַר ſociatus eſt. חָצָה dimidiavit, diviſit. כְּנַעֲנִי cananæus, negotiator.
31 מָלֵא plenus eſt. שֻׂכּוֹת hami, harpagones. *r.* שׂוּךְ ſepire. *al.* tuguria. *r.* סָכַךְ texit. עוֹר pellis. צִלְצַל umbroſa, denſa. *it.* fuſcina piſcaria. *r.* צָלַל obumbratus, demerſus eſt.
32 שִׂים *imp. H.* W. r. 36. m. III, 1. & not. *a.* p. 148. & 150. כַּף vola. זָכַר meminit. יָסַף addidit.
33 תּוֹחֶלֶת ſpes, expectatio. *r.* יָחַל. כָּזַב mentitus eſt. מַרְאֶה adſpectus. *r.* רָאָה. טוּל *Hoph.* הוּטַל ejectus, projectus fuit. 3. *f. H.* W. r. 36. m. IV. p. 155.

CAP. XLI.

1 אַכְזָר atrox, ferox, crudelis. *r.* כזר. עוּר evigilare. *H.* excitare. יצב *N.* ſtetit. (2) קָדַם antevertit, prævenit. שָׁלֵם perfectus eſt. *P.* rependit.
3 חָרַשׁ aravit. *it.* ſurdum egit, tacuit. בַּד ſolus. *it.* artus, membra *r.* בָּדַד ſolitarius fuit. גְּבוּרָה *f.* potentia. חֵן & חִין gratia, favor. *r.* חָנַן gratiam fecit. עֵרֶךְ inſtructio, diſpoſitio. *r.* עָרַךְ ordinavit, diſpoſuit.
4 גָּלָה revelavit, migravit. *P.* retexit. לְבוּשׁ veſtis. כֶּפֶל duplum. *r.* כָּפַל duplicavit. רֶסֶן lupatum, frænum. *r.* רסן. (5) דֶּלֶת oſtium. פָּתַח aperuit. סָבִיב *m.* circuitus. שֵׁן dens. אֵימָה *f.* terror.
6 גַּאֲוָה ſuperbia. *r.* גָּאָה. אָפִיק fortis. מָגֵן ſcutum. *r.* גָּנַן. סָגַר clauſit. חוֹתָם ſigillum. *r.* חָתַם ſignavit. צַר anguſtus. *r.* צוּר obſidere.
7 נָגַשׁ acceſſit. רוּחַ ventus, ſpiritus.
8 אָח frater. דָּבַק adhæſit. 3. *f. Pyh.* לָכַד cepit. פָּרַד ſeparavit.
9 עֲטִישָׁה ſternutatio. *r.* עטש. הָלַל inſanivit, gloriatus eſt. *H.* ſplenduit, claruit. 3. *ſing. f. H.* W. r. 41. m. I. & V. p. 171. & 174. עַפְעַפַּיִם *m. dual.* palpebræ. *r.* עוּף volare. שַׁחַר aurora.

לפיד

10 לַפִּיד lampas, fax. *r.* לפד. הָלַךְ ivit. 3. *f. k.* כִּידוֹד ſcintilla. *r.* כדד. מלט *N.* ereptus eſt.

11 נְחִירִים *pl.* & *dual.* נְחִירַיִם nares. *r.* נחר. יָצָא exiit. עָשָׁן fumus. דּוּד calathus. *it.* ahenum. *r.* דוד. נָפַח ſpiravit, ſufflavit. *part. Pah.* אַגְמוֹן juncus. *it.* ahenum. *al.* ardor, ira. *r.* אגם.

12 גֶּחָלִים *m. pl.* prunæ, carbones. *r.* גחל. לָהַט arſit, flammavit. 3. *ſing. f. P.* לַהַב *m.* flamma.

13 צַוָּאר collum. לִין pernoctare, commorari. עֹז robur. *r.* עָזַז. דּוּץ exilire, exultare præ gaudio. 3. *ſing. f. k.* W. r. 38. m. I. p. 146, annot. I. p. 151. דְּאָבָה mœror. *r.* דָּאַב doluit.

14 מַפָּל quisquiliæ, deciduum. *r.* נָפַל cecidit. דָּבַק adhæſit. יָצַק effudit, firmatus eſt. *part. Pah. al.* צוק arctari, arcte cohærere. מוט moveri, dimoveri. W. r. 36. m. II. p. 148. 3. *ſing. f. N. al.* eſt ex מטט.

15 פֶּלַח fragmentum, lapis molaris. *r.* פָּלַח diſſecuit.

16 שְׂאֵת excellentia. *contr.* שֵׂת. *r.* נָשָׂא tulit. גּוּר peregrinari. *it.* timere. שֶׁבֶר & שֵׁבֶר fractura, fractio. *r.* שָׁבַר fregit. חָטָא peccavit. *Hithp.* purgavit ſe.

17 נשג *H.* attigit. קוּם ſurgere, ſtare. חֲנִית haſta. מַסַּע profectio, advectio. *r.* נָסַע profectus eſt. שִׁרְיָה lorica. *r.* שָׁרָה demiſit, ſolvit.

18 חָשַׁב cogitavit, reputavit. תֶּבֶן *m.* ſtramen. בַּרְזֶל ferrum. רִקָּבוֹן putredo. *r.* רָקַב putruit. נְחוּשָׁה æs.

19 בָּרַח fugit. קֶשֶׁת arcus. קַשׁ ſtipula, ſtramen. *r.* קָשַׁשׁ excuſſit. הָפַךְ vertit. אֶבֶן lapis. קֶלַע *m.* funda.

20 תּוֹתָח balliſta, lapides balliſtæ. *al.* ſecuris. *al.* gladius. *r.* תתח. שָׂחַק riſit, luſit. רַעַשׁ commotio. *r.* רָעַשׁ movit ſe. כִּידוֹן *m.* lancea.

21 חַדּוּדִים *m. pl.* acumina. *r.* חָדַד acutus fuit. חֶרֶשׂ teſta. *r.* חרש. רָפַד ſtravit, ſubſtravit. חָרַץ movit. *it.* præcidit. *part. Pah.* טִיט cœnum, lutum. *r.* טוט.

22 רָתַח fervecit. 3. *f. H.* סִיר olla. *r.* סור. מְצוּלָה profundum, profunditas. *r.* צול. מֶרְקָחָה unguentatio, pigmentum. *r.* רָקַח condivit.

23 אוֹר lucere. 3. *f. H.* נָתִיב *m.* ſemita. תְּהוֹם abyſſus. שֵׂיבָה *f.* canities. *r.* שׂוּב caneſcere.

24 מָשָׁל dominatus eſt. *it.* comparavit. *inf.* K. W. r. 48. m. IV. p. 227. עָשָׂה *part. Pah.* חַת terror. *r.* חָתַת territus fuit. (25) גָּבֹהַּ altus. שַׁחַץ fera, leo. *r.* שׁחץ.

CAP. XLII.

2 יָדַע novit. יָכֹל potuit. 2. *f. k.* בָּצַר præcidit. 3. *ſing. f. Niph.* מְזִמָּה cogitatio, ſolertia. *r.* זָמַם cogitavit, molitus eſt.

3 אלם *N.* abſcondit. עֵצָה *f.* conſilium. *r.* יָעַץ conſuluit. הִגִּיד indicavit. בּין intelligere. 1. *f. H.* פלא *N.* mirabile fuit. *part. N*

4 שָׁאַל rogavit. (5) שֵׁמַע auditio. *r.* שָׁמַע audivit. עַיִן oculus. רָאָה vidit.

6 מָאַס ſprevit. נָחַם pœnituit, ſe ſolátus eſt. אֵפֶר cinis. *r.* אפר.

7 חָרָה exarſit. רֵעַ ſocius. כּוּן aptare, diſponere. *part. N.* נָכוֹן firmum, rectum.

8 פַּר juvencus. אַיִל *m.* aries. יָלַךְ ivit. עָלָה aſcendit. *H.* obtulit. עוֹלָה holocauſtum. פלל *P.* פִּלֵּל judicavit, oravit. נָשָׂא tulit. נְבָלָה abjectio. *r.* נָבַל cecidit. (10) שְׁבוּת captivitas. *r.* שָׁבָה captivum cepit. *al.* reditus. *r.* שׁוּב. מִשְׁנֶה *m.* duplum. *r.* שָׁנָה mutatus eſt.

11 נוּד vagari. *it.* condolere. 3. *pl. f. k.* W. r. 36. m. II. annot. 2. p. 147. & annot. 1. pag. 151. נִחַם *P.* conſolatus eſt. קְשִׂיטָה tenella pecus, agnellus, *vel* pretium agni. *al.* nummus. *r.* קשט. נֶזֶם monile, inauris. *r.* נזם.

12 Vid. cap. I. 2. ſq. אַחֲרִית poſtremum. רֵאשִׁית principium, primum. (15) מָצָא invenit. יָפֶה pulcher. נַחֲלָה hæreditas. תָּוֶךְ medium.

16 חָיָה vixit. מֵאָה centum. שָׁנָה annus. בֵּן filius. בַּת filia. *r.* בָּנָה ædificavit. דּוֹר generatio.

17 מוּת mori. 3. *f. k.* זָקֵן ſenex. שָׂבֵעַ ſatur. *r.* שָׂבַע ſatiatus fuit. יוֹם dies.

CAN-

✡ ✡ ✡ ✡ ✡ ✡ ✡ ✡ ✡ ✡ ✡ ✡ ✡

CANT. CANTICORUM.
CAP. I.

1 שִׁיר *m.* canticum. *r.* שׁוּר canere.

2 נָשַׁק oſculatus eſt. 3 *f. k.* נְשִׁיקוֹת *m.pl.* oſcula. פֶּה os. דּוֹד *m.* patruus, dilectus, amicus. *pl.* דּוֹדִים dilecti. *it.* amores. יַיִן vinum.

3 רֵיחַ odor. *r.* ריח *H.* odoratus eſt. שֶׁמֶן oleum. ריק *H.* הֵרִיק evacuavit, evaginavit. 3. *f. fut. Hoph.* עַלְמָה *f.* puella, virgo. *r.* עלם *N.* latitavit. אָהַב amavit.

4 מָשַׁךְ traxit. *imp. k.* W. 48. m. IV. p. 227. רוּץ curre-
re 1. *pl. k. cum* ה *parag.* בּוֹא venire. 3. *præt. H.*
חֶדֶר *m.* cubiculum, conclave, penetrale. גִּיל exſulta-
re. 1. *f. H.* שָׂמַח lætus, hilaris fuit. 1. *pl. f. K.* זָכַר re-
cordatus eſt. 1 *f. H.* מֵישָׁרִים rectitudines. *r.* יָשַׁר re-
ctus fuit. (5) שָׁחוֹר *m.* niger. נָאוֶה *m.* נָאוָה *f.*
part. k. r. נָאָה pulchrum, decorum, amœnum fuit.
al. r. אוה deſideravit. *part. N.* בַּת filia. *r* בָּנָה æ-
dificavit. אֹהֶל tentorium. יְרִיעָה *f.* aulæum. *r.*
4 יָרַע malum eſſe. (6) רָאָה vidit. 2. *f. k.* אֲנִי ego.
שֶׁאֲנִי quia ego. שְׁחַרְחֹרֶת nigra, ſubnigra. *r.* שָׁחַר de-
nigratus eſt. שָׁזַף intuitus eſt, conſpexit. 3. *f præt. k.*
חָרַר exarſit ira. 3. *m. pl. præt. N.* כֶּרֶם vinea. נָטַר cu-
ſtodivit, ſervavit. 1. *ſing. præt. K.*

7 נגד *H.* indicavit. *imp. H.* רָעָה pavit. 2. *m. f. k.* אֵיכָה ubi. רָבַץ cubuit. צָהֳרַיִם *m. d.* meridies. מָה quid, quod, cur. עָטָה texit. *part. fœm. k.* עֵדֶר *m.* grex. חָבֵר *m.* ſocius. *r.* חָבַר ſociatus eſt.

8 יָפֶה *m.* יָפָה *f.* pulcher, a. נָשִׁים mulieres. *r.* נָשָׁה.
יָצָא exivit. *imp. k. fœm.* עָקֵב *m.* calx, calcaneus, ve-
ſtigium. *r.* עָקַב conculcavit, ſupplantavit. גְּדִי *m.*
hædus. *r.* גדה. מִשְׁכָּן *m.* habitatio, tabernaculum.
רֹעֶה paſtor. (9) סוּס equus. סוּסָה *f.* equitatus.
רֶכֶב currus. *r.* רָכַב equitavit, vectus eſt. דָּמָה ſimi-
lis, aſſimilatus eſt. 1. *præt. P.* רַעְיָה *f.* amica. *r.* רָעָה
pavit.

10 נָאָה pulcher, decorus fuit. 1. *pl. præt. k. al.* אוה deſideravit, deſiderabilis, pulcher fuit. 1. *præt. N.* לְחִי *f.* gena, maxilla. תּוֹר *m.* terminus, ordo. *r.* תּור explorare. צַוָּאר *m.* collum. *r.* צור obſidere. חֲרוּזִים *m.* torques.
11 עָשָׂה fecit. 1. *f. k.* נְקֻדָּה *f.* punctum.
12 מֵסַב circuitus, accubitus. *r.* סָבַב circumdedit. נֵרְדְּ nardus. רֵיחַ odor. *r.* ריח *H.* odoratus eſt, olfecit.
13 צְרוֹר *m.* faſciculus, loculus. *r.* צָרַר ligavit. מוֹר *m.* myrrha. *r.* מָרַר amarus fuit. שַׁד *m.* mamma. לוּן pernoctare. 3. *m. f. H.*
14 אֶשְׁכּוֹל botrus, bacca. *r.* שָׁכַל & שכל orbatus fuit. כֹּפֶר *m.* pix. *it.* cyprus, *arbor odorata.*
15 יוֹנָה *f.* columba. (16) נָעִים *m.* amœnus, jucundus. *r.* נָעֵם amœnus fuit. עֶרֶשׂ *f.* ſponda, lectus. רַעֲנָן *m.* virens, viridis. *r.* רען *P.* רַעֲנַן viruit.
17 קוֹרָה *f.* tignum, trabs. בַּיִת domus. אֶרֶז cedrus. רָהִיט & *b. l.* רָחִיט *m.* ambulacrum, tignum. בְּרוֹת *m.* bruta. *arbor, cypreſſo ſimilis,* abies.

CAP. II.

1 חֲבַצֶּלֶת *f.* roſa, lilium. שׁוּשַׁן *m.* שׁוֹשַׁנָּה *f.* lilium. *r.* ששה עֵמֶק vallis. *r.* עָמַק profundus eſt.
2 חוֹחַ *m.* ſpina. רַעְיָה amica. *r.* רָעָה pavit. בַּת filia.
3 תַּפּוּחַ *m.* malum, pomum. עֵץ *m.* arbor, lignum. יַעַר *m.* ſylva. צֵל *m.* umbra. *r.* צָלַל obumbratus eſt. חָמַד deſideravit, concupivit. 1. *præt. P.* יָשַׁב ſedit. מָתוֹק *m.* dulcis, dulce. *r.* מָתַק dulcis, ſvavis fuit. חֵךְ *m.* palatum. *r.* חכך.
4 בוא 3. *præt. H.* דֶּגֶל vexillum. *r.* דָּגַל vexillavit, vexillum erexit. אַהֲבָה amor.
5 סָמַךְ nixus, innixus fuit. 2. *pl. imp. P.* אֲשִׁישָׁה lagena. רָפַד ſtravit, ſubſtravit. חָלָה ægrotavit. *part. fam. k.*
6 שְׂמֹאל ſiniſtra *r.* שמל *H.* ſiniſtravit. יָמִין dextra. *r.* ימן *H.* הֵימִין ad dextram tetendit. חָבַק amplexus fuit. 3. *fam. f. P.* (7) שבע *N.* נִשְׁבַּע juravit. *H.* הִשְׁבִּיעַ, הִשְׁבַּע jurare fecit, adjuravit. צְבִי *m.* decus,

eus, caprea. צְבִיָּה caprea. *pl.* צְבָיִם & צְבָאִים *m.* צְבָאוֹת *f.* capreæ. *r.* צָבָה intumuit. אַיָּל *m.* אַיָּלָה *f.* cervus, cerva. *pl.* אַיָּלִים & אַיָּלוֹת. שָׂדֶה ager. עוּר evigilare. *P.* excitare. 2. *f.* *H.* & 2. *pl.* *m.f.* *P.* חָפֵץ voluit. 3. *fœm. fut. k.*

8 דָּלַג ſubſiliit, inſiliit. *part. P.* הַר mons. קָפַץ occluſit. *P.* ſubſilivit. גִּבְעָה collis.

9 דָּמָה ſimilis eſt. עֹפֶר *m.* hinnulus. *r.* עפר. עָמַד ſtetit. כֹּתֶל *m.* paries. שגח *H.* הִשְׁגִּיחַ proſpexit. *part. H.* חַלּוֹן *c.* feneſtra. *r.* חָלַל perforatus eſt. צִיץ floruit, effloruit. חֲרַכִּים *m. pl.* clathri, cancelli. *r.* חרך.

10 עָנָה reſpondit. קוּם ſurgere. *imp. k. fœm.* יָלַךְ ivit. *imp. k.* (11) סְתָו hyems. *r.* סתה. עָבַר tranſiit. גֶּשֶׁם *m.* imber. חָלַף mutavit, immutatus fuit, præteriit, tranſiit.

12 נִצָּנִים *m. pl.* flores, florentia. *r.* נוץ *H.* הֵנִיץ germinavit. רָאָה 3. *pl. N.* זָמִיר *m.* cantus, pſalmodia. *r.* זָמַר putavit. *P.* pſallit, cecinit. נָגַע tetigit. *H.* הִגִּיעַ pertingere fecit, attigit, obtigit, pervenit. תּוֹר *m.* terminus, ordo. *it.* turtur. שָׁמַע audivit.

13 תְּאֵנָה *f.* ficus. חָנַט condivit aromatibus. *it.* edidit, protruſit. פַּגִּים *m. pl.* groſſuli, ficus immaturæ. *r.* פגג. גֶּפֶן *f.* vitis. סְמָדַר uva prima, *quæ flore decedente apparere incipit.* נָתַן dedit. רֵיחַ odor. קוּם ſurgere. יָלַךְ ivit. רַעְיָה amica. יָפֶה pulcher.

14 חֲגָוִים *m. pl.* fiſſuræ. סֶלַע *m.* petra. סֵתֶר abſconſio. *r.* סָתַר abſcondit ſe. מַדְרֵגָה *f.* gradus, gradatio, præceps, præcipitium. רָאָה *imp. H.* מַרְאֶה *m.* aſpectus, vultus. עָרֵב *m.* dulcis. *r.* עָרַב miſcuit. *it.* dulce fuit. נָאוֶה *m.* amœnus, pulcher. *r.* נָאָה pulchrum fuit. *al.* אָוָה deſideravit. *part. N.*

15 אָחַז cepit, apprehendit. שׁוּעָל *m.* vulpes. קָטָן parvus. חָבַל ligavit, pignoratus eſt, corrupit.

17 פּוּחַ afflare, adſpirare. 3. *m.f.* *k.* נוּס fugere. צֵלֶל *m.* umbra. *r.* צָלַל. סָבַב vertit ſe, circumdedit. דָּמָה ſimilis fuit. 2. *imp. k.* צְבִי caprea, עֹפֶר hinnulus. בֶּתֶר ſectio, pars diſſecta.

CAP.

CAP. III.

